


# Lectori beneuolo S.

**H**AËtenuſ has facies vidisti, Lector, & ora  
Verna Ducum, & Procerum tempora vna Scholæ.  
Legisti etates, & facta Ducumque, Virumque:  
Quæ cuiq; à vitæ tempore gesta suæ.  
Sat scio, miraris inuenum præclara virorum  
Pectora, virtutum suspicienda bonis.  
Sat scio, miraris tot iam voluentibus annis,  
Hic plures placita degere sorte Senes.  
Sunt qui lustra vident propè se vixisse bis octo:  
Bis septem: bis sex: pars satis ampla decem.  
En duo Gymnasy primaria lumina nostri,  
(Alter Theiologus, Iuris at alter apex:  
Inclytus HEERBRANDVS, VARNBYLER & inclytus) eunum  
foleai iam nunc coniugialis agunt.  
Duxit uterq; suam matura etate fugalem:  
Est etiam multæ prolis uterque Parens.  
Natorum Natos, & ab his conspexit uterq;  
Jam proauus generis germina leta sui.  
Siccine? sic equidem est: nostro res rara sub æuo:  
Nec minus æterni gratia rara Dei.  
Quid tam longæuam facit hoc in climate vitam?  
Aër caussam aliquam sæpè saluber habet.  
Vera sed est pietas: & quæ promittit, & illa  
Præstat: opemq; addit sobria vita suam.  
Ergò cum pietas reliquis quoque maxima cura,  
Vitaq; longæuæ sobrietatis amans:  
Numina concedant his longos omnibus annos:  
Semper & optata prosperitate frui.  
Sic bene succedent commissa domiq;, forisq;  
Munia, clementi cuncta regente Deo.  
Sic Schola semper erit, multis velut hætenus annis,  
Inclyta flore Virum, consilioque Senum.



Sequun-